prima ad id quod ex secũda. Est igitur sicut δ β ad β α, sic quod ex δ β ad id quod ex ε ξ. Conuersim igitur sicut α β ad ε δ, sic quod ex ξ ε ad id quod ex β δ. Tripla autẽ est α ε, ipsius β δ, triplum igitur quod ex ζ ε, eius quod ex ε δ. Est autẽ & quod ex α δ, eius quod ex δ ε, quadruplum, dupla enim est α δ, ipsius δ β. Maius igitur est quod ex α δ, eo quod ex ζ β, & maior igitur est α δ, ipsa ξ β, multo igitur maior est α λ, ipsa ξ ε. Et ipsa quidẽ α λ, extrema & media ratione diuisa, maius segmentũ est κ ε, quoniã ipsa quidẽ λ κ hexagoni est, & κ α decagoni, ipsa aũt ξ ε extrema & media ratione diuisa maius segmentũ est ν ε. Maior igitur est κ λ, ipsa ν ε. Aequalis autẽ est κ λ, ipsi λ μ, maior igitur est λ μ, ipsa ν ε. Ipsa autẽ λ μ, maior est μ ε, multo igitur maior est μ β latus existẽs icosahedri, ipsa ν ε latere existẽte ipsius dodecahedri. Quod facere & ostendere oportuit. Aliter, quod maior est μ ε ipsa ν ε. Quoniã enim dupla est α δ ipsius δ β, tripla igitur est α ε ipsius δ β. Sicut autẽ α ε ad ε δ, sic quod ex α β ad id quod ex β ζ, quoniã triangulũ ξ α β ipsi ξ δ ε triãgulo æquangulũ est, quod igitur ex α ε, eius quod ex β ξ triplũ est. Patuit aũt quod ex α ε eius quod est ex κ λ, quincuplũ. Quinque igitur quæ ex κ λ, tribus quæ ex ζ ε, sunt æqualia. Sed tria quæ ex ζ β, sex quæ ex ν β, sunt maiora, & quinque igitur quæ ex κ λ sex quæ ex ν β sunt maiora. Quare & unũ quod ex κ λ, uno quod ex ν ε maius est, maior igitur est κ λ, ipsa ν β, æqualis aũt est κ λ, ipsi λ μ, maior igitur est & λ μ, ipsa ν ε, multo igitur maior μ β, ipsa ν β, quod ostẽdere oportuit. Quod aũt tria quæ ex ξ ε, sex quæ ex ν β sũt maiora, sic ostẽdemus. Quoniã enim maior est ε ν ipsa ν ζ, quod igitur sub ε ζ, ε ν maius est eo quod ex ε ζ, ζ ν, quod igitur sub ξ ε, ε ν, una cũ eo quod sub ε ζ, ξ ν, maius est quàm duplũ eius quod sub ε ζ, ξ ν. Sed quod sub ε ζ, ε ν, una cũ eo quod sub β ζ, ξ ν, id est quod ex ε ζ, quod uero sub ε ζ, ζ ν, æquũ est ei quod ex ν β. extrema namque & media rõne secatur ipsa ε ζ in ν, & quod sub extremis æquũ est ei quod à media (per 17 sexti.) Quod igitur ex ξ ε, eo quod ex ε ν maius est quàm duplũ, unũ igitur quod ex ξ ε, duobus quæ ex ε ν maius est, quare & tria quæ ξ β, sex quæ ex ε ν, sunt maiora. Quod ostẽdere oportuit. Dico iam quod præter prædictas quinque figuras, non cõstruetur alia figura cõprehẽsa sub æqlateris & æqangulis inuicẽ æqualibus. Sub binis namque triãgulis, neque sub duobus alijs planis, solidus angulus nõ cõstruitur. Sub tribus triãgulis, quæ pyramis, sub quatuor, quæ octahedri, sub quinque quæ icosahedri. Sub sex triãgulis æqlateris & æqangulis ad unũ signũ cõstitutis, nõ erit solidus angulus, existente namque æquilateri triãguli angulo duarũ partiũ recti, erũt sex quatuor rectis æquales. Quod est impossibile. Oĩs namque solidus angulus, sub paucioribus quàm quatuor rectis cõprehẽditur (per 21 undecimi) tã id propterea, neque sub pluribus quàm sex planis angulis solidus cõstruitur angulus. Sub quadratis tribus, cubi angulus cõprehẽditur. Sub quatuor est impossibile, erũt enim rursus quatuor recti. Sub pẽtagonis æqlateris & æquiangulis tribus, dodecahedri. At sub quatuor, impossibile, existẽte namque quinquanguli æquilateri anguli angulo recto & quinto, erũt quatuor anguli quatuor rectis maiores, quod est impossibile. Neque sub polygonis alijs figuris comprehẽdetur solidus angulus, quoniã absurdũ esset. Igitur præter prædictas quinque figuras alia figura solida nõ cõstructur sub æqlateris & æqãgulis cõprehẽsa, quod erat ostendendũ. Quod aũt æqlateri & æquianguli quinquãguli angulus rectus est & quintũ, sic ostẽdẽdũ. Sit enim quinquangulũ æquilaterũ & æquiãgulũ α ε γ δ ι, & circũscribatur (per 14 quartidecimi) ei circulus α β γ δ ι, & accipiatur (per 1 tertij) illius cẽtrũ, sitque ζ, cõnectanturque ζ α, ζ β, ξ γ, ζ δ, ζ ι. Bifariã igitur secãt ipsius pẽtagoni angulos ad ipsam α β, γ, δ, ι, signa. Et quoniã quinque anguli qui ad ζ, quatuor rectis sunt æquales, & sunt æquales, igitur unus ipsorũ (sicut qui sub α ζ ε,) unius recti est, † quasi quintũ reliqui igitur qui sub ξ α ε, α ε ζ, unius sunt recti & quintũ. Aequalis aũt est qui sub ζ α ε ei qui sub ζ ε γ, totus igitur qui sub α ε γ pẽtagoni angulus, unius recti est & quintũ. Quod ostẽdere oportuit.



FINIS.

παρὰ πέμπτον
præter quintũ, id est quinta parte minor recto.

EVCLIDI MEGARENSI CLARISSIMO PHILOSOPHO MATHEMATICORVMQVE facile principi deputatus liber de regularium corporũ proportione Campano cõmentatore, qui in ordine est decimusquartus.

Eucli. ex Camp. Propositio 1

1 OMnis perpendicularis à centro circuli ducta ad latus pentagoni intra circulũ ipsum descripti dimidium, lateris decagoni atque dimidio lateris hexagoni intra circulum eundẽ descriptorũ ambobus dimidijs in longũ directũque coniunctis æqualis esse probatur. Patet igitur quod perpẽdicularis ducta à centro circuli ad latus pẽtagoni, est æqualis perpendiculari ductæ à centro ad latus triãguli dimidioque lateris decagoni intra eundem circulum descripti directe coniunctis.